

dit, quod institoribus, simplices me-
dicinas priuati lucri caussa frequenter
adulterantibus, non crederet, ipsaque
remedia, priuatâ diligentia fideq; com-
posita cū egrotis cōmunicaret. Metho-
di medendi vndeclimo Emplastrum, ad
iecoris inflammationem restinguendam, suis manibus ex tempore parat:
vt nullum amplius dubium esse possit,
Galenum ipsum suorum pharmaco-
rum architectum extitisse præclarum:
in primis si omnibus curationibus, quæ
hinc inde in eius scriptis occurrunt, &
quibus vtitur modis loquendi, atten-
derimus. Sunt prætereà & hæc ipsius
notanda verba: οὐτῆς ἢ ὑλης οὔσης τοῖς ια-
τεῖσι, ἐπέρας μετὰ Φ' ἢ, η̄ θεῦ γίνεται τέλος: ο-
περ εἰς αὐτὰ τὰ τῶν αἰθράπτων σώματα: οἰστέ-
ρας ἢ τῆς τῶν Βοηθημάτων, υφ' αὐτῷ, η̄ δι' αὐτὸν γίνεται τέλος. η̄ μετὰ τοῖς τῶν Φαρμάκων πειραγματεῖα,
τῆς οἰστέρας ὑλης εἴτιν. η̄ η̄ μῶν θευτῶν τῆς πειρά-
της. Nimirum medicamēta, vt instrumē-
ta sunt, ad scopum curationis accom-
modat Medicus: vt materia, ad scopum
præparationis: quandoquidē materiæ
conditio vniuersa efficientem requirit,
cuius industria formam quæsitam adi-

P 2 pisca-